



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Michaël Pineda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

tisque pericula Euangelio  
præstantē suā eloquētiā ope-  
ram per regna Iaponiæ qua-  
quauersum excurrens naua-  
uit, etiam ab exilio reuer-  
sus Macao. In carcere scri-  
ptione nobili Iaponibus suis  
offusas tenebras ostendit: &  
ibidem permultis profuit ad  
salutem per annos plures  
tentus, atque ab optimati-  
bus etiam visitatus, qui ex-  
plicatam ab illo fidei veri-  
tatem perspexere. Iaponi-  
co tandem suspendio è pe-  
dibus in scrobem pendens  
yixit extremūm.

*Fides.*

*P. Michaël Pineda.*

Solidarū virtutum exem-  
plis clarus fuit Michaël,  
multis in patria exhaustis  
pro fide laboribus postea  
extorris Manile in Philippi-  
nis. Inde reuersum cùm

*Iapon.  
Nangasa-  
chi  
Septembrī.  
1633.  
ætat. 56.  
Soc. 26.*

*Fides.*

exploratores omnibus exquisitæ solertiæ artibus ad necem quærerēt, ab eo apud quem diuerterat, metu perculso, non quidem proditus est, sed clā nocte intempestâ, Cælo tunc maximè imbris sœuiente, dimissus è domo. Ab eius noctis incommodis morbum contraxit; quo intra triduum confectus est, cùm ad cruentam mortem toto desiderio aspiraret.

P. *Franciscus Macciodus,*

& P. *Bernardus Pereira.*

*Lusitani.**in Aethiopia.**Septembri.*  
1625.*Fides.*

Sultano Sequedo Æthiopæ Imperatore ad Christum adducto, ad ingentem rei Christianæ spem eò profici scebatur duo hi Patres Goâ. Per iter ab Auxa Gurellano Principe Mahumetano, car-

ce-